Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

de corporis mei posteritate fructum mortalitatis inquirere. sed omnia que mihi eunti ad corruptionis mee auctorem hominem mortuum eras datura. da mihi eunti ad integritatis mee auctorem dominum nostrum ihesum christum. A. Diffusa est g.

Cui mater euticia ait. Omnia que sunt patris tui defuncti ante novem annos in dicionem nanti custo— —diens ampliavi potius quam minui in patrimonium. mea vero omnia que sunt vel esse possunt ipsa melius nosti. Tege oculos meos. et quicquid tibi placuerit de ipsis facultatibus facito. R. Dilexisti iustitiam.

Lucia dixit. Audi mater consilium meum. Non satis deo carum est. quod illi hoc datur quod ipse perfrui non potest. sed si tu cupis gratum esse dominum hoc illi da quod poteras tu uti. Moriens enim nihil potes uti. et quod das ideo das. quia tecum ferre non prevales. Vivens ergo et salutem tui corporis tenens da christo quod possides. sed quicquid tecum mihi datura spoponderas. ut etiam cogitabas. christo incipe tradere. A. Induit me d. Igitur cum de his cottidie sermocinaretur virgo cum matre. fiebat rerum distractio. et cottidie in necessitatibus pauperum expendebatur. Interea dum distrahuntur predia. et gemme venduntur. ad sponsi noticiam pervenit. quique sollicitus cepit inquirere a nutrice sancte lucie quid hoc esset quod distractionem repentinam prediorum et gemmarum audisset. A. Propter veritatem. Cui hec nutrix cauta conflnxit. Sponsa tua invenit possessionem venalem que millenos et eo amplius solidos redditum prestat. hanc in tuo nomine cupiens comparare videtur aliquanta distrahere. Credidit stultus carnale mercimonium. et animum ab indignatione revocans etiam ipse cepit auctor esse vendentium. R. Specie tua. A. in e.

A. Soror mea lucia virgo deo devota quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo matri tue. V. Dilexisti iusticiam. Ev. et Ant. Simile est regnum celorum t. Req. de virginibus. R. Veni electa mea. A. Lucia virgo quid a me petis quod ipsa poteris prestare continuo nam et matri tue fides tua subvenit et ecce salva es quia iocundum deo in tua virginitate habitaculum preparasti. V. Sicut per me civitas catinensium sublimatur a christo ita et per te civitas syracusana decorabitur a domino ihesu christo. Quia. R. Rogavi dominum meum ihesum christum ut ignis iste non dominetur mihi et impetravi a domino induci as martyrii mei. V. Pro eo ut me diligerent detrahebant mihi ego autem orabam. Et impetr. A. Grata facta es a domino in certamine quia apud deum et apud homines glorificata est in conspectu prin